

FÜGGELÉK.

Valódi oklevelek

1.

1366. máj. 24.¹⁾

Az erdélyi káptalan jelenti Nagy Lajosnak, hogy parancsára Miklós fia Demetert a testvérével és Bencenc többi unokáival együtt a Sepsi széki székelyek által elfoglalt, azonban a tordai generalis gyűlésen nekik visszaadott árapataki és hidvégi földek birodalmába, a régi határjelek megújításával ellenmondás nélkül visszaiktatta.

Eredetije papíron, az erd. káptalan töredékes záró pecsétje mellett a királynak ugyancsak töredékes titkos gyűrűpecsétjével, újabban állítólag a kolozsvári állami lt.

Zimmermann—Werner—Müller, Urkundenbuch II. köt. 239., ill. 245. ll., a tulajdonveveknek sok helyen eltérő olvasásával.

Excellentissimo principi domino Lodovico dei gratia illustri regi Hungarie, domino eorum naturali capitulum ecclesie Transsilvane orationum suffragia devotarum eum perpetua fidelitate. Litteras vestre celsitudinis honore quo decuit recepimus in hec verba:

Lodovicus dei gratia rex Hungarie, Fidelibus suis capitulo ecclesie Albensis Transsilvane salutem et gratiam.

¹⁾ Felelősségem tudatában megjegyzem, hogy ez az oklevél a kötet 32—34. lapjain részben már kinyomatott. Nem rajtam múlt, hogy a káptalan jelentésének tévedésből éppen a fontosabb, a *határjárás* tartalmazó része a szedőgépben maradt. — Szerkesztő.

Cum nos in presenti nostra congregatione Torde celebrata generali una cum baronibus nostris nobiscum existentibus, cognita et scita rei veritate, terras et metas possessionum fidelium nostrorum Jacobi et Demetrii filiorum Nicolai ac ceterorum nepotum condam Benchench Arapataka et Hidwig vocatarum, per sículos nostros de sede Sebus olim violenter occupatas, veras et antiquas eisdem Jacobo et Demetrio ac aliis nepotibus condam Benchench restituere-
mus et resignaverimus, ac ad easdem possessiones Arapataka et Hydwig reapplicaverimus, sicut pristinis temporibus pertinuerunt, ad i[ps]as perpetue possidendas, ipsis sículis nostris in hac parte silentium perpetuum imponentes; vestre fidelitati firmiter precipimus, quatenus vestr[u]m mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Johannes de Sile vel Stephanus de Deeg, aut Michael de Bord aliis absentibus homo noster ad facies predictarum terrarum et metarum possessionum Arapataka et Hydwig vocatarum, quas metas et terras sículi predicti olim occuparant et occupatas tenuerunt usque modo, accedendo ipsas metas et terras simul cum omnibus suis utilitatibus intra se existentibus, abolitis aliis metis falsis < fortasse per ipsos sículos erectis, >¹⁾ statuatur prefatis Jacobo, Demetrio et eorum consanguineis premissa nostre restitutionis et reapplic[ati]onis legitimo titulo perhempniter ad prenotatas possessiones Arapataka et Hiduig, sicut ad eas dinoscuntur pertinuisse, per dictos Jacobum, Demetrium et suos consanguineos, eorum heredes possidendas, utendas et tenendas contradictione sículorum predictorum non obstante. Et post hec seriem ipsius statutionis cum cursibus iam dictarum metarum nobis fideliter rescribatis. Datum in eadem Torda, sabbato proximo ante festum Ascensionis Domini, anno eiusdem M-mo CCC-mo LX-mo sexto.

1366.
máj. 9.

Nos itaque mandatis vestre serenitatis obtemperantes ut tenemur, una cum homine vestro videlicet Michaele de Burd nostrum hominem videlicet Nicolaum sacerdotem de choro nostro ad premissa exequenda duximus trans-

¹⁾ Sorközi betoldás.

mittendum. Qui demum ad nos exinde reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi die dominico proximo post festum Ascensionis Domini ad facies possessionum Arapataka et Hydvig vocatarum accessissent ac metas earundem hoc ordine renovassent.²⁾ Primo enim in cacumine cuiusdam montis Vechul dicti metam antiquam renovassent,³⁾ que meta distinguit easdem possessiones a districtu siculorum de Sebusi; deinde super idem Berch ulterius eundo quatuor antiquas metas, abhinc declinat ad quendam montem Benedikmezey vocatum, ubi antiquam metam, deinde ad silvam Howod vocatam veniendo, in qua antiquam metam similiter renovassent;⁴⁾ ulterius veniendo ad rivulum Kurlatpataka vocatum seu Kurlatgepuy, iuxta eundem rivulum antiquam metam renovassent,⁵⁾ que separat a possessione Bulyn. Quibus quidem renovationibus metarum factis easdem possessiones Arapataka et Hydwig statuissent magistris Jacobo et Demetrio filiis Nicolai ac ceteris nepotibus condam Benchench perpetuo possidendas iure quo ad ipsos denominantur pertinere nemine contradictore apparente. Datum in festo Penthecostes, anno prenotato.

május
17.

1366.
május
24.

Kívül: Domino regi pro magistris Jacobo et Demetrio nobilebus de Hydwig statutoria.

2.

1473. júl. 27. Sepsiszentgyörgy.

Huszár Péter és Tarnai Barnabás székely alispánok és törcsvári porkolábok jelentik, hogy Sepsi szék véneivel és székbirájával együttes jelenlétükben egyfelől hidvégi Mikó Péter és társai, másfelől bodoki Czirjék György ugyancsak társaival, a közöttük duló viszálykodásnak végét vetendő, az önként vállalt súlyos büntetés terhe alatt arra kötelezték magukat, hogy a nevezett alispánok által

^{2—5)} renoassent az eredetiben.

kitűzendő időben Sepsiszentgyörgyön meg fognak jelenni, azonban Czirjék György és társai nem jelentek meg.

Eredetije papíron, alján egy zöld pecsét töredékeivel, az Erdélyi Múzeumban, Gróf Bély-Lt.

2. jul.
Nos Petrus Hvzar et Barnabas Tharnay vicecomites sicularum ac castellani castris Therch, ex commissione magnifici Blasii Magiar vajuode Transsilvanensis. Memoriae commendamus tenore presentium significantes quibus inconbit (*így!*) universis, quod cum nos in festo Visitationis virginis Marie fuisset in villa Wzon cum senioribus sicularum, necnon cum iudici terrestri de sede Sepssy ad reformandam pacem ac concordiam inter nobiles Petrum ac Laurentium Mico de Hidwegh cum suis complicibus ab una, parte vero ex altera agiles < viri Georgius Ciriak de Bodogh ac Petrus et Albertus Veres de Zalan, Thomas Forgach de Bodogh, necnon Johannes et Albertus >¹⁾ Sandor de Oltzeme cum eorum complicibus, ad talem dispositionem ac actum devenimus, ut que rixe ac discordie inter ipsos ventillate²⁾ ext[itissen]t, ut ambe partes sponte voluntate se se mut[uo obligarant,] ut quicumque ipsorum predictorum ist[am dispositionem non servarent]³⁾ et rancores moverint ...⁴⁾ vel facto ...⁵⁾ [extunc ipsi in quin]quaginta marcis argenti ponderis [terrestris!] ac in amissionem rerum et bonorum ac capitum⁶⁾ ipsorum convincantur eo facto, et convinci debeant; ita tam[en,] ut cum nos eis terminum ac diem assignare vellemus, ambe partes coram nobis⁷⁾ et coram senioribus et iudici terrestri comparere vellent. Nos vero ad deputandum eis terminum ac diem ambas partes co-

¹⁾ viros Georgium Ciriak de Bodogh, ac Petrum et Albertum Veres de Zalan, Thomam Forgach de Bodogh, nec non Johannem et Albertum *volna helyesen.*

²⁾ ventillata *az eredetiben.*

³⁾ Körülbelül két szó, 30 mm. kiszakadva.

⁴⁾ Egy 10 mm. olvashatatlan szó.

⁵⁾ Körülbelül két szó, 30 mm. kiszakadva.

⁶⁾ capita *az eredetiben.*

ram nobis⁸⁾ vocari fecimus ad tertiam feriam post festum beati Jacobi apostoli ad op(p)idum Zentgergh in sede Sepsy ad sedem vocari fecimus, dicti vero nobiles Petrus et Laurentius Mico cum suis complicitibus coram nobis⁹⁾ et coram senioribus siculorum cum iudice terrestri in supradicta Zentgergh comparuerunt ut debebant, pars vero altera non comparuerunt neque aliquem miserunt ad respondendum, sed se ipsos miserunt in omnibus aggravatos ac convictos in supradictis quinquaginta marcis argenti et in amissione omnium bonorum ac rerum et capitum¹⁰⁾ ipsorum, ita ut se ipsos sponte¹¹⁾ voluntate obligaverunt. Super quo litteras nostras concessimus testimonio mediante. Datum in op(p)ido Zentgergh, feria tertia proxima post festum beati Jacobi apostoli, anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio.

jul. 27.

1473.
jul.
27.

3.

1513. nov. 8. Héderfája.

Héderfájai Barlabássy Lénárt erdélyi alvajda és székelly alispán Sepsy szék tisztségének meghagyja, hogy kilyéni Czirjék Balázst és Szentgyörgyi Daczó Pétert hitelt fogadott ígéretük ügyében a panaszos gidófalvi Bély Pállal együtt hallgassa ki s tegyen közöttük igazságot. Azonban valamelyik fél elégedetlensége esetén az ügyet az ítélettel együtt a panaszos megbírságolása nélkül felülvizsgálat céljából terjessze fel.

Eredetije papíron, alján zöld viaszpecsét töredékeivel, az Erd. Múzeumban, Gróf Bély-lt.

Leonardus Barlabassy de Hederfaya vicewaywoda Transsilvanus et siculorum vicecomes. Egregiis ac agilibus viris, regio et terrestri iudicibus ceterisque potiori-

^{7—9)} nos az eredetiben.

¹⁰⁾ capita ugyanott.

¹¹⁾ spontanea helyesebben.

bus et senioribus siculis assessoribus sedis Sepsy debitam reverentiam cum honore. Exponitur nobis in persona agilis Pauli Beldy de Gydofalwa, quomodo ipse ratione et pretextu cuiusdam promissionis fide mediante facte agiles Blasium Chyryek de Kylylen et Petrum Daczo de Zenthgyergh coram vobis in causam convenire vellet iure admittente. Et quia iudicium et iustitia nemini est abneganda, requirimus igitur vos et nichilominus vobis in persona domini nostri gratiosissimi domini [Jo]hannis comitis et wayuode firmissime committimus, quatinus agnitis presentibus absque ulla procrastinatione eisdem ambabus partibus in vestram convocatis presentiam, auditisque partium earundem propositionibus, allegationibusque et responsis, probabilibus etiam documentis admissis, iuxta iura partium partes inter easdem bonum et rectum iudicium facere et impendere, et si qua partium earundem de huiusmodi vestro iudicio contentando noluerit quovismodo, extunc causam eam simulcum tota serie ipsius vestre adiudicationis¹⁾ dampno et gravamine prefati exponentis sine omni illuc, quo iuris est, transmittere debeat ad examen. Secus non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutus. Datum in possessione Hederfaya prefata, feria tertia proxima ante festum beati Martini episcopi et confessoris, anno Domini Millesimo quingentesimo tridecimo.

1513.
nov. 8.

4.

1525. febr. 28. Beszterce.

Uzoni Bély Pál a Sepsi széki székelyek nemzetiségének Odvor ágán őt is megillető székbírótságot magának követeli s igéri, hogy akik arra igényt tartanak, azoknak a tisztség szokásos váltságát megfizeti, mire Zápolyai János erd. vajda és székely ispán a nevezett székelyeknek

¹⁾ nove innen keresztülhúzással törölve.

meghagyja, hogy székbírónak mást választani ne merjenek.

Eredetije papíron, alján papírral fedett veres viaszpecsét töredékével az Erd. Múzeumban, Gróf Bélydylt.

Nos Johannes de Zapolya comes perpetuus terre Scepusiensis, wayvoda Transsilvanensis et siculorum comes etc. Memorie commendamus per presentes, quod egregius et agilis Paulus Beeldy de Wzon coram nobis personaliter constitutus universos et singulos egregios ac nobiles et agiles potiores primipulos et seniores siculos arboris seu linee Odwor¹⁾ sedis Sepsy ab officio iudicatus istius arboris seu linee inhiuit, ex eo, quod ipsum eque ac²⁾ alios in ista arbore seu linea existentem officium iudicatus tangere haberet, et alioquin omnibus et singulis, quibus interest, honorem ipsorum condignis solutionibus in talibus observari solitis paratum se offert reddere, et ideo officio ipso iudicatus premissa modo universos inhiibendo per se fungi optat, immo inhiuit coram nobis. Quocirca vos universos et singulos istius sedis linee nobiles et agiles harum serie requirimus, nichilominus regia in persona vobis firmiter committimus, quatinus contra et adversus prefatum Paulum Beldy inhibitionemque suam coram nobis factam de ista linea pro iudice vestro neminem eligere audeatis, sed eundem a modo deinceps tanquam iudicem vestrum tenere et observare debeatis. Secus ne feceritis, presentibus perlectis exhibenti restititis. Datum Bistricie, ipso die Carnisprivii, anno Domini Millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

1525.
febr.
28.

¹⁾ A tulajdonnév az oklevél írójának Sorközi betoldása. A névben valószínűleg elhomályosult *o* betűt újabb korban tentával ki akarván javítani, elmázolták. — V. ö. *Szabó K.*, Székely Okl. III. köt. 6. l., hol egy 1307. évi oklevélben „Andreas filius Vduor syculos de Kyzdy“ — neve olvasható.

²⁾ Sorközi betoldás.

5.

1531. szept. 25. Lóna.

Kendi Ferenc erd. alvajda és székely alispán Prázsmár előjáróságának megparancsolja, hogy a csikszentgyörgyi Andorjás István kérésére tolvajságért ott letartóztatott csikszentgyörgyi özvegy Becz Miklósnéra vonatkozó iratokat felülvizsgálat céljából terjessze fel.

Eredetije vízfoltos papíron, alján papírral fedett ép zöld pecséttel, az Erd. Múzeumban, Gróf Bély-lt.

A pecsét címere: Kerek talpú paizs jobb oldalára helyezett kerek sisak, sasszárny sisakdísszel, a sasszárny tövén egy nyílvesző haránt keresztülszúrva. A paizs felett *F.* és *K.* betűk.

Franciscus de Kend vicewayuoda Transsilvanus et siculorum vicecomes etc. Circumspectis iudici sive villico ceterisque iuratis civibus oppidi Prasmars salutem cum honore. Exponitur nobis in persona agilis Stephani Andoryas de Chykzenthgewrgh, quomodo ipse superioribus temporibus praecedentibus quendam mulierem furem, relictam scilicet agilis condam Nicolai Becz de dicta Chykzenthgewrgh simulcum certis rebus suis furtive ab eo ablati vobiscum iuri detineri fecisset, ex parteque eiusdem a vobis iudicium administrari petivisset et licet vos aliqua in parte iudicium administrassetis, verum tamen satisfactionis complementum impendere minime voluissetis in praeiudicium et dampnum praefati exponentis manifestum. Requirimus igitur vos et nichilominus vobis harum serie domini nostri gratiosissimi in persona firmiter committimus, quatinus receptis praesentibus causam per vos adjudicatam pro maturiori revisione nostri in praesentiam transmittere, foeminam vero furem simulcum rebus cum eadem detentis et fideiussore decimo quinto die a die exhibitionis praesentium coram nobis statuere debeatis et teneamini. Secus nulla ratione facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restituti. Datum in domo nostra de Lona, feria secunda proxima post festum beati Mathaei apostoli, anno Domini Millesimo quingentesimo tricesimo primo.

1531.
szept.
25.

6.

1538. ápr. 4. Segesvár.

Majlát István erd. vajda és székely ispán előtt uzoni Bélydy Pál tiltakozik az ellen, hogy a brassai tanács a földjein eddig szántóvető polgárait attól eltiltotta és kijelenti, hogy ezenül ő sem engedi meg nekik, hogy szántóföldeit és erdeit tovább éljék.

Eredetije papíron, pecsét nélkül, az Erdélyi Múzeumban, Gróf Bélydy-lt.

Stephanus Maylad waywoda Transsilvanus et siculorum comes etc. Prudentibus et circumspectis iudici et iuratis civibus civitatis Brassouiensis salutem et favorem. Expositum est nobis in persona egregii Pauli Bewldy de Vzon, qualiter vos homines vestros prohibuissetis, ne terram suam arare deberent, quam tamen alias semper arare soliti fuissent; protestatus est igitur¹⁾ ipse Paulus Bewldy coram nobis vosque inhibuit, ut neque vos deinceps terram suam et silvam intra terminos suos contra voluntatem suam uti permetteret. Hortamur igitur vos, ut vos quoque ad id, quod rectum²⁾ et iustum est, accommodare debeatis, cum nos et ipsum (Paulum) Bewldy et alios quoque omnes in suis iuribus defendere simus obligati. Praesentibus perlectis exhibenti restitutus. Ex Segeswar, feria quinta proxima post dominicam Laetare, anno Domini Millesimo quingentesimo tricesimo octavo.

1538.
ápr. 4.

Ad propriam commissionem domini
comitis et waywodae etc.

¹⁾ Sorközi betoldás.

²⁾ est innen kitörölve.

7.

1538. júl. 26. Segesvár.

Maflát István erd. vajda és székely ispán uzoni Forró Jánosnak megparancsolja, hogy uzoni Csiky Mihály panaszt a saját földjén termelt gabonájának learatásában ne gátolja, törvénytelenül neki kárt ne okozzon, hanem ha mi keresni valója van rajta, azt törvény útján és ne erőszakkal keresse.

Eredetije papíron, alján papírral fedett ép veres pecséttel az Erd. Múzeumban, *Gróf Bélydy*-lt.

A kerek talpú tárcsa paizs címeiből tisztán semmi sem vehető ki. A paizs felett S. és M. betűk.

Stephanus Maylad vajuoda Transsilvanus et siculorum comes etc. Egregio et agili Joanni Forro de Wzpn salutem et favorem. Quamvis superioribus istis diebus egregius et agilis Gregorius Forro de dicta Wzom pater tuus ad litteras nostras praeceptorias agili Michaeli Chyky de eadem Wzom quatuor boves suos, quos ab ipso receperat, dedisse et restituisse perhibeatur, tu tamen postea eundem ipsum Michalem Chyky ex frumento suo illic seminato pepulisses, neque frumentum suum sibi metere permisisses in praeiudicium et damnum eiusdem manifestum. Supplicatum itaque extitit nobis pro parte memorati exponentis, ut sibi circa praemissa de opportuno iuris remedio providere, neque ipsum hoc modo praeter viam iuris opprimi permittere dignaremur. Nos vero neminem ex fidelibus regiae maiestatis per quempiam extra iuris ordinem rebus suis privari, aut quovismodo damnificari permittere volentes, requirimus te tibi in persona r[e]giae maiestatis firmiter committimus, quatinus acceptis praesentibus et praemissis sic se habentibus frumentum ipsius exponentis libere et pacifice sibi me[te]re permittere, neque eum deinceps extra viam iuris in aliquo damnificare debeas, sed si quid actionis cum ipso exponenti habes vel te habere praetendis, id non via facti, sed

iure mediante prosequi debeas, alioqui mandamus tibi, ut statim in prima sede iudiciaria in praesentiam capitanei et iudicis sedis Sepsy sub onere sedecim marcarum rationem superinde redditorum accedas, quibus et nos committimus, ut ipsis exponentibus ex parte tui statim iudicium faciant. Secus ne feceris. Praesentibus perlectis exhibenti restitutus. Datum in civitate Segeswariensi, in festo beatae Annae, anno Domini Millesimo quingentesimo tricesimo octavo.

1538.
jul.
26.

Ad propriam commissionem
domini comitis et wayuodae etc.

8.

1543. szept. 27. Gidófalva.

Étfalvi Oltszemi Tamás Sepsi széki székbíró bizonyáglévele szerint uzoni Bélydy Pál gidófalvi idősb Csulyak Mátét hetedmagával azzal a feltétellel fogadta be a „Kövér fiai“ nevű nemzetség tagjai közé, hogy ezen nemzetségre kerülvén a székbírótság sora, mikor ezt a tisztet Bélydy Pál elnyerni óhajtja, illetőleg el is nyeri, nevezett idősb Csulyak Máté és társai a jog szerint őket is megillető székbírótság fejében a szokásos váltságdíjat nem fogják tőle követelni.

Eredetije egész ív papíron, alján a két bevágáson áthúzott papírszalaggal ráerősített veres viaszpecsét töredékeivel az Erd. Múzeumban, Gróf Bélydy-lt.

Cum mundi labilis conditio fit caduca et transitoria et gestae rei memoria propter brevem vitam hominum caligine oblivionis obfuscata nequeant in aevum permanere seu durare, provida adinvenit solertia, ut quae in tempore geruntur, ne simul labantur cum eodem, quia actio humana discurrit et labitur, ideo caute inventum est, ut earum solidentur litterarum patrocinio, ne sublimitas praevaleat aequitati et oblivio memoriae nequaquam possit generare posteris eorum praeiudicium aliquale. Pro-

inde ego Thomas Olthzemi de Ethfalwa iudexque terrestris sedis Sepsy vocatae ad universorum notitiam do pro memoria per praesentes, quomodo agilis Mathaeus Chulyak maior, Blasius Chulyak, Laurentius Chulyak maior, Mathaeus Chulyak minor, Ladislaus Chulyak et minor Laurentius Chulyak dicti et nominati in possessione Gydovalua dicta commorantes et existentes in mei venientes praesentiam ac in persona et personis haeredum et successorum suorum spontanea eorum voluntate fassi in hunc modum extiterunt, qualiter dum ipsi in genelogiam filiorum Kewer dictorum et vocatorum per nobilem et egregium Paulum Beldy dictum in possessione Wzon dicta cohabitantem et residentem ac eiusdem fratres, dominos et amicos ad eandem genelogiam scilicet dictorum filiorum Kewer iure pertinentem primo et noviter simulcum eorundem haeredibus et successoribus accepti et introducti fuissent, tali pacto tali quoque conditione interiecta seu interposita, eosdem eorundemque haeredes et successores acceptassent et introduxissent, immo acceptarunt induxeruntque, quatinus quum eundem nobilem et egregium Paulum Beldy dictum ac eius haeredes et successores labente seu procedente tempore (gerundum eandem genelogiam filiorum Kewer dictorum cursus ac series iudicatus sedis Sepsy dictae contigerit tetigisse) eiusdemque iudicatus officium idem praeannotatus (*így!*) nobilis et egregius Paulus Beldy ac eius haeredes et successores assumpere acceptareque voluerint (ac assumpunt et acceptantque), eotunc iidem Mathaeus Chulyak maior, Blasius Chulyak, Laurentius Chulyak maior, Mathaeus Chulyak minor, Ladislaus Chulyak et minor Laurentius Chulyak dicti et nominati, eorundemque haeredes et successores super eundem¹⁾ memoratum nobilem et egregium Paulum Beldy ac eius haeredes et successores pro huiuscemodi honore iudicis iure eosdem ac eorundem haeredes et successores in talibus concernentibus et debentibus penitus nichil etiam modicum quid rogare et

¹⁾ Sorközi betoldás.

accipere possent et valerent ac possint et valeant harum litterarum vigore mearum et testimonio mediante. Praesentibus autem ibidem honorabilibus et discretis²⁾ Gasparo de Gydofalwa dicta, Michaele de Bykfalwa et Alberto de Nyen ecclesiarum parochialium plebanis, necnon agilibus Gasparo et Andrea Kewer dictis et vocatis, ac honesto magistro Fabiano eiusdemque possessionis Gydofalwa rectore. Datum in praedicta possessione Gydofalwa, anno dominicae Incarnationis Millesimo quingentesimo quadragesimo tertio, feria quinta, quae fuit proxima post festum divi Mathaei euangelistae.

1543.
szept.
27.

9.

1546. jún. 30. Szamosfalva.

Szamosfalvi Mikola László erdélyi alhelytartó a felperes uzonfalvi lakosoknak alperes Uzonfalvi Gergely ellen hétszáz darab idegen juhnak az uzoni határon való legeltetése miatt, a Sepsi széki törvényszéken indított és innen Udvarhelyre felebbezett perében az utóbbi törvényszék ítéletét helybenhagyja.

Eredetije vízfoltos papíron, alján két bevágáson áthúzott papírszalaggal ráerősített zöld pecsét töredékeivel az Erd. Múzeumban, Gróf Bélydy-lt.

Nos Ladislaus Mykola de Zamosfalwa vicelocumtenens reginalis maiestatis et illustrissimi filii sui ac in regno Transsilvaniae viceiudex generalis etc. Memoriae commendamus per praesentes, quod nobis feria secunda inter octavas festi sacratissimi Corporis Christi unacum nonnullis dominis et regni nobilibus pro faciendo moderativo iudicio causantibus in sede nostra iudiciaria sedentibus Simon Zewch de Wzon pro universis incolis possessionis Wzonffalwa veluti actoribus ab una ac Joannes

jun.
28.

²⁾ dom szótag innen keresztülhúzással törölve.

Forro pro agile Gregorio de eadem¹⁾ Wzonffalwa veluti in causam attracto partibus ab altera iuxta legationem agilis Colomani Domokos de Akland nunctii sedis Wdwarhel in figura iudicii nostri comparentibus, quae legatio continebat quandam causam inter partes praedictas primum in sede Sepsy motam fuisse, et tandem per viam appellationis ad sedem Wdwarhel deductam, ubi agilis Simon Zywcz procurator actorum contra in causam attractum proposuisset, quod in causam attractus septingentas oves alienas ad terri[to]rium possessionis ipsorum Wzonffalwa pascendas et alendas abigi fecisset, quod ipsi actores eidem in causam attracto minime concedere velent. Ubi per iudices statim revisio iuris facta fuisset et ita decretum fuisset, quod ex quo in causam attractus sit homo capitalis inter eosdem incolas dictae possessionis, centum oves penes suas potest in territorio ipsius possessionis alere. Hoc percepto iterum procurator actorum respondiisset, ut ipsa deliberatio iudicum contra iura eorum facta fuisset²⁾ esset possessionis lex, ut ne unamquidem ovem alienam³⁾ eorum possit in territorio eiusdem possessionis alere, quod procurator actorum iuramento solus suae personae verificare assumebat. Hoc iuramentum iudices non admiserunt, sed praescriptam constitutionem, quam affirmavit, testibus extraneis probare decrevissent. Procurator actorum nominasset statim unum testem videlicet Laurentium Bartha de Zentywan, cum quo eam constitutionem incolarum probaret. Quo percepto praefatus procurator in causam attracti respondiisset, se illi testi contradicere, non tamen in sede eorum, sed causam transmittant ad sedem nostram iudiciariam et hic causam contradictionis narrant. Procurator actorum dixisset, quod ibidem causam contradictionis suae narrare debet, non in sede nostra iudiciaria, quia se illi iusta ratione contradicere, ipse alium etiam testem super

¹⁾ Sorközi betoldás.

²⁾ Körülbelül két szó, 35 mm. vízfoltos, olvashatatlan.

³⁾ Körülbelül négy szó, 90 mm. vízfoltos, olvashatatlan.

hoc procuret. Iudices ita deliberassent, quod in causam attractus debet statim coram eisdem causam contradictionis suae contra testem dicere; si recusaverit, decidet a proposito suo et actores causam obtinebant. Quaquidem Delatione praefati nuntii modo praemisso coram nobis facta, nos iudicium dictorum iudicum sedis Wdwarhel laudavimus et approbavimus, imo laudamus et approbamus per praesentes. Datum in Zamosfalwa, tertio die termini praenotati, anno Domini Millesimo quingentesimo quadragesimo sexto.

1546.
jun.
30

Lecta.

10.

1550. febr. 10. Kolozsvár.

Nagymihályi Ödönffy László görgényi porkoláb és székely ispán parancsa a Sepsi, Kézdi és Orbai széki székelyekhez, hogy a kolozsvári országgyűlés végzése értelmében az Erdélyben elszaporodott tolvajok, rablók üldözésére kirendelt királyi emberek mellé, a legközelebb tartandó közgyűléseiken választott embereiket erős hittel megesketvén, kapitányaikkal és bíráikkal együtt mentől hamarább küldjék ki.

Eredetije papíron, alján papírral fedett zöld viaszpecsét töredékeivel az Erd. Múzeumban, Gróf Bélydy-lt.

Ladislaus Ewdenffy de Naghmyhal praelectus arcis Gewrgen et siculorum comes etc. Egregiis et agilibus capitaneis, iudicibus, potioribus, primipulis et assessoribus ac universitati siculorum trium sedium Sepsy, Kyzdy et Orbay salutem et amicitiam paratam cum honore. Quoniam in praesentibus comitiis generalibus dominorum regnicolarum trium nationum pro festo Purificationis beatissimae Mariae virginis hic Coloswarini celebratis¹⁾ decretum est, ut fures, latrones ac alii maleficii homines in hoc regno generaliter persequerentur et ad persequu-

febr.
2.

¹⁾ Szilágyi S., Erdélyi Országgyűlési Emlékek I. köt. 302—306. 1.

tionem eorum comites et homines deputati statim exmittantur, nosque unacum dominis potioribus siculis nobiscum hic existentibus homines nostros speciales unacum capitaneo et iudice hominibusque vestris per vos ad hoc eligendis ad persequendos fures et alios maleficos homines in hiis partibus regni siculorum deputavimus. Quare requirimus vos et nichilominus vobis harum serie auctoritate domini nostri gratiosissimi qua fungimur committimus, quatinus acceptis praesentibus in prima die celebrationis sedis vestrae primitus post harum exhibitionem fiendis generaliter insimul convenire ac iuxta vetustam usum in persequutionibus furum observatum penes homines nostros iudices scilicet regios, istius sedis vestrae capitaneum et iudicem vestrum istius sedis unacum aliis hominibus vestris, per vos ad hoc deligendis adhibere et ad persequendos fures et alios maleficos homines, prout in articulo superinde confecto continetur, transmittere debeatis et teneamini; ita tamen, ut iidem homines nostri per nos ad hoc deputati unacum capitaneo et iudice sedis vestrae ac hominibus vestris per vos, ut praefertur ad hoc deligendis seorsum et singillatim in facie sedis vestrae permaius iuramentum praestent, quod in hoc officio persequutionis latronum et maleficorum hominum fideliter et sincere ac absque omne delectu personarum procedent, nec iniuria aliqua vel odio, amore, prece vel praemio moti contra iusticiam facere attentabunt. Secus non facturi. Datum in civitate Coloswar, feria secunda proxima post festum beatae Dorotheae virginis, anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo.

1550.
febr.
10.

Ad propriam commissionem
domini comitis siculorum.